

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XLIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)



Ex Matth. IX, 9.

Discite quid meritum, quid Christi gratia possit  
Matthæi exemplo discite Papicole!

## ORACULUM SACRUM. XLIX.

Rom. IX, 15. &amp; 16.

TEXTUS GRÆCUS. SACER.

Ἀγαθὰ τὸ θελεῖν, ἢ τὸ τελεῖν,  
καὶ τὸ εἰσέναι. ἦν.

Versio Vulgata.

Igitur non volentis neq; currentis,  
sed miserentis est DEi.

Versio B. LUTHERI.

So lieget es nun nicht an jemandes  
wollen oder lauffen/ sondern an Gottes  
erbarmen.

N O T Æ.

I. Apostolus in hoc capite nono, ex quo de-  
sumtum est præsens oraculum, non agit ex pro-  
fesso & directè de electione ad salutem æter-  
nâ, nec etiam de Reprobatione ad damnatio-  
nem æternâ: inprimis verò absolutâ à solo &  
mero DEi beneplacito absq; intuitu fidei &  
incredulitatis, pendente, sed de tali electione

Cc 5

&amp; rē.



& rejectione quæ potest interverti, qualis est electio gentium & reprobatio Judæorum, contra absoluti decreti architectos. Horum vitulâ arant Latermannus & complices ejus & cum primis Drejerus qui Exerc. th. III. & L existimat Paulum ex preofesso tribus cap. ad Romanos IX, X, XI. de Prædestinatione agere atq; ex instituto huic doctrinæ tria illa capita impendere.

2. Deinde omnino adamantina serie inter sese coherent ista omnia, quæ leguntur à versu capitis octavi decimo septimo, usq; ad finem capitis octavi, ut & totum caput nonum, decimum & undecimum Epistolæ ad Romanos. E hæc loca temerè non sunt divellenda contra eosdem existimantes è solo capite nono impium istud dogma absolute reprobationis posse probari. Hinc è loco præsentè ita colligunt:

Electio non est volentis neq; currentis, sed miserentis DEi.

E. Electio ex absoluto Dei beneplacito dependet. Videantur Noord-Hollandici in Synod Drodrac. p. 87. ubi ita disserunt: Videmus heic Apostolum disertè non tantum electionem & prædestinationem ad salutem, sed etiam Reprobationem & destinationem ad justum odium, itemq; indurationem. Soli voluntati divina adscri-



*adscribere.* His adstipulantur Masfonius p. 334. part. 1. Anal. Paræus in h. l. dub. 6. Gualtherus hom. 50. in Epist. ad Roman. Polanus Syllog. Disp. part. 2. de Prædest. p. 664. Calving lib. 3. Instit. cap. 21.

5. Dum verò Apostolus Electionem simpliciter ab homine removet, & misericordiæ Dei vocantis adscribit, hoc non ideo facit, quasi nullum in homine ordinem attenderit, sed quia heic duntaxat primam & supremam electionis nostræ causam exprimere & commendare voluit, nimirum gratuitam DEI misericordiam, liberam ab omni carnalis generationis privilegio, ut & ab omni hominum merito *contra eosdem.*

4. Ex hoc loco talis emanat rivulus: Si non est currentis aut volentis, sed Dei miserationis, utiq; electio, vocatio & conversio nostra tota erit gratuita. Quod notandum.

1. *contra PONTIFICIOS*, qui prævisioni & meritis operum electionem, vocationem & conversionem nostram ascribunt. Hinc Becanus disp. de Prædestin. Cathol. I. thes. 5. ita scribit: *Constat ex scriptura vitam æternam dari ex meritis, & ideo vocari mercedem, brabeum, stipendium, coronam.* E. dubitari non potest, quin ab æterno preparata sit, ex prævisione meritum. Deinde *hoc notandum.*

II. con-



II. *Contra PELAGIANOS & SEMIPELAGIANOS*, quorum illi viribus arbitrii nostri conversionem nostram in solidum attribuunt, hincmodicum facultatum nostrarum in conversione cooperari fingunt.

5. Quando autem homini tribuitur τὸ θέλημα ut Matth. XXIII. 37. & τὸ ῥεῖξεν currere à mari usq; ad mare & quærere verbum DEI Amos VIII. 12. id intelligi debet de externa illa voluntate atq; desiderio, quod scriptura etiam attribuit non renatis, *contra Eosdem*.

6. Verba igitur Apostoli, non est volentis neq; currentis intelligenda sunt i. de volentis meritò, quod Apostolus penitus pefundat. 2. de agendi, volendi & currendi principio, quod in homine planè non est à seipso. Non autem intelligenda sunt de acquisitionis medio. Debem⁹ velle & currere, sed non secundum carnem, sed secundum fidem, juxta illud Apostoli: Curramus per patientiam ad propositum nobis certamē, adspicientes in autorem & consummatorem fidei Jesum, qui nobis suo exemplo prælucet & fidem in cordibus nostris accendit Ebr. XII. 1. *contra eosdem*.

7. Si conversio nostra non est in nostra, sed in DEI manu, juxta hoc Apostoli effectum, atq; pœnitentia non debet differri in horam mortis.



mortis. Nescit enim homo an mors ipsi tempus poenitentiae sit relictura *contra poenitentia pro crasinatores.*

8. Si non est **VOLENTIS** sed **DEI** miserentis h. l. Si Deus est qui operatur *ro. 8. & Phil. II. 13.* utiq; gratia Dei non solum agit in adfectus verum etiam in ipsam hominis voluntatem. *contra Arminianos, quorum errorem notavi supra in enucleatione oraculi XII. not. III.*

*Audiamus hac de re unum.*

**AUGUSTINUM.**

Totum ergo Deo detur, qui voluntatem bonam & preparat adjuvandam & adjuvat preparatam. Nolentem praevenit ut velit, volentem subsequitur, ne frustra velit, *Augustinus Enchir. c. 32. T. I. col. 163. C. D.* Ut in DEUM credamus & pie vivamus **NON VOLENTIS** neq; **CURRENTIS**, sed **MISERENTIS** Dei est, non quia **VELLE** & **CURRERE** non debemus, sed quia ipse in nobis & **VELL** operatur & **CURRERE**, *Idem Epist. 107. ad Vital. T. 2. col. 479. D.*

Illam etiam verba si diligenter attendas: Igitur **NON EST CURRENTIS**, sed **MISERENTIS** est Dei, non hoc Apostolus tantum dixisse videbitur, quod adiutorio Dei ad id quod volumus perveniamus, sed etiam ex illa intentione

h. e.



ne, quā & alio loco dicit: Cum timore vestram ipsorum salutem operemini. DEUS enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Ubi satis ostendit etiam IPSAM BONAM VOLUNTATEM in nobis operante Deo fieri. Idem ad Simplician. lib. 1. qu. 2. Tom. 4. col. 632. B.

Ihr Päpster merckt der Werck- und  
Gnaden Unterscheid  
Und sehet was er bringt vor grossis  
Herkeleud/  
Wenn man durch eigne Werck den Himmel  
wil ersteigen/  
Das kan euch alles hier Matthæus klärlich  
zeigen.

Ex v. 11.

Quid grunnis (a) Pharisee? ideo Salvator in orbem

Venit ut agrotis sanguine ferret opem.

(a) Verbum ἐγρύγισον, quod Lucas habet cap. 7, 3. Varinus à θεός deducit, quod significat grunnire, grunnen.

ORA.



## ORACULUM SACRUM L.

Luc. XIX, 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ἤλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλόν.

Versio Vulgata.

Venit filius hominis quærere & saluum  
facere quod perierat.

Versio B. LUTHERI.

Des Menschen Sohn ist kommen  
zu suchen und selig zu machen das ver-  
lohren ist.

N O T Æ.

1. Christus dicitur filius hominis h. l. &  
Matth. XVI, 13. vocatur puer Esa. IX, 6. filius  
David Matth. I, 1. Schiloh Gen. XLIX, 10. filius  
virginis Esa. VII, 14. primogenitus Mariæ Luc. II, 7  
Appellatur quoq; semen mulieris Gen III, 15.  
Semen Abrahæ Gen. XII, 18. Semen Gen. XXVI, 4  
semen Jacobi Gen. XXVIII, 14. &c.

E. Christus est verus homo ὁμοιῶς no-  
bis factus tñm quoad esentiales tñm quoad  
accidentales proprietates χωρὶς ἀμαρτίας contra  
Marcionitas, Manicheos, Valentinianos, Anaba-  
ptistas.